Winkler Martini: Quaestio metaphysica de potentia obedientiali.

QVÆSTIO METAPHYSICA,

DE

POTENTIA OBEDIENTIALI,

Sub Felicissimis Auspicijs,

Perillustris, Magnifici, & Admodum Rndi Domini,

D. ANDREÆ KVCHARSKI,

Sacræ Theologiæ Doctoris, & Professoris,

ECCLESIÆ CATHEDRALIS CRACOVIENSIS CANONICI.

COLLEGIATÆ ECCLESIÆ SS. OMNIVM PRÆPOSITI.

Contubernij Hierosolymitani PROVISORIS.

ALMÆ ACADEMIÆ CRACOVIENSIS GENERALIS RECTORIS.

A

M. MARTINO WINKLER, *Philosophiæ Doctore.*

Publicè ad disputandum proposita.

In Perausgusto DD. Theologorum Lectorio.

Anno Salutis, 1663. *Die* 19. *Mens. Nouembr.*

CRACOVIÆ,
Apud SCHEDELIOS, *S. R. M. Typographos.*

QVÆSTIO METAPHYSICA,

V. Potentia Obedientialis, rebus creatis congenita pasſiua, ſupernaturalis, in poſitiuâ capacitate reali formaliter conſiſtens, per ſe ſola ſit ſufficiens, ad producendos effectus, præter vel ſupranaturales; necne?

CONCLVSIO I.

Datur Potentia Obedientialis, rebus creatis congenita, ſola tantùm Paſsiua.

COROLLARIA.

I. Non eſt de conceptu eſſentiali cuiuslibet Entis creati; licet per ſe Phyſicè illi conueniat.

II. Differt non realiter ac Entitatiuè, ſed formaliter ab Eſſentia, cuius eſt potentia.

III. Potentia Obedientialis vt ſic, nullo modò diuiditur in Actiuam & Paſsiuam, tanquam in membra aut differentias.

IV. Error proximus Pelagiano, eſt adſtruere in Creaturis Potentiam

tentiam Obedientialem Actiuam proximè, ex vi naturæ illarum.

V. Nisi fortè dicenda sit Actiuitas, aliqua valde remota & radicalis, in ordine ad suum obiectum proportionatum, sitq; non tàm inclinatio, quàm mera capacitas receptiua formarum supernaturalium, virtute quarum creatura possit dici agere.

CONCLVSIO II.

Potentia Obedientialis, secundùm suam specificam rationem terminatiuè, est supernaturalis.

COROLLARIA.

I. Subiectiuè & identicè, dici potest res naturalis.

II. Non potest principaliter produci à causa, à qua principaliter producitur natura, cum quâ identificatur.

III. Et quamuis includit habitudinem Creaturæ ad Creatorem, includit eam non quomodocunq;, sed quatenùs est agens supernaturale.

IV. Intra latitudinem Termini Potentiæ Obedientialis, licet contineantur etiam effectus naturales, continentur tamen & respiciuntur modo supernaturali.

V. Potentia Obedientialis, secundùm id quod connotat, & importat in obliquo, est in omnibus rebus eiusdem rationis formaliter.

CONCLVSIO III.

Potentia Obedientialis, formaliter consistit in positiuâ capacitate reali, respectu omnium quæ Creator in ijs, præter vel supra naturam voluerit, & non implicauerint.

COROLLARIA.

I. Licet verò non constituatur per negationem repugnantiæ; supponit tamen in naturâ cui inest, non repugnantiam.

II. Non

II. Non eſt ipſa natura rerum, prout coniuncta cum Imperio DEI, ratione cuius poſsit recipere formas ſupernaturales.

III. Nec prout eſt ſubdita Creatori, ita vt ſolùm importet relationem ad DEVM, vt ſupremum Dominum.

IV. Potentia Obedientialis, licet non reducatur ad actum, non eſt fruſtra nec imperfecta priuatiuè.

V. Ideò denominat ſubiectum, non ſimpliciter potens propriè loquendo, ſed ſimpliciter capax, & Obedientialiter potens.

CONCLVSIO IV.

Potentia Obedientialis, per ſe ſola non eſt ſufficiens ad producendos effectus, præter vel ſupranaturales.

COROLLARIA.

I. Entitas Creaturæ habens Potentiam Obedientialem, non poteſt operari effectus ſupernaturales & miraculoſos, niſi intrinſecè immutetur, & per aliquam virtutem ſuperadditam eleuetur.

II. Vnde ſolus concurſus ſimultaneus, aut ſola aſsiſtentia DEI extrinſeca, vel ſubordinatio ad Imperium practicum DEI, ad hoc non ſufficit.

III. Sed neceſſariò ponenda eſt virtus intrinſeca, ſupernaturalis, actiua, recepta in ipſis cauſis, & non in effectibus.

IV. Implicat poſsibilem eſſe, in Creatura Qualitatem permanentem & habitualem, quæ ſit cauſa principalis extendens ſe ad omnia, quæ ſupernaturaliter fieri poſſunt.

V. Ad rationem Inſtrumentorum, eiuſmodi ſupernaturalium requiritur quædam proportio, conſiſtens in hoc, quod eſt operari ex ſubiecto, & circa ſubiectum.